Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26540
Copyright: Admont, Benediktinerstift

93

resurrectionem in resurrectionis imaginem
ad instar angelorum meditari noscat. Quod
promittens dominus in futurum. qui digni habe
bunt inquit seculi illius et resurrectionis a mor
tuis. non nubent. neque nubentur. Neque enim mo
rientur. nam sunt similes angelis dei. quia resurrec
tionis filii sunt. Hoc erigit sancta singularitas
meritorum. ut antequam transfiguretur. iam transfigu
rata cernatur in angelice claritatis aspectu.
Que omnia sibi amputans concupiscentie certami
na depredatur. Cuius laudem salemon exsequitur
dicens. Melius est esse sine filiis cum claritate. Im
mortalis est enim memoria illius quae et apud deum
nota est et apud homines. Cum presens est imitantur
illam et desiderant eam. cum seduxerit in perpetuum
coronata triumphat. incoinquinatorum certa
minum premium uincens. Non est sine filiis cum cla
ritate non singularitas sola. quae non solum conscien
tia sua nullis sordibus maculatur. sed etiam nul